



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XI. Charta, qui suum nepotem meliorare voluerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

124 MARCVLFI MONACHI  
rit, tunc cum filiis meis auunculis  
vestris, portionem vobis ex hoc de-  
bitam recipiatis, & quicquid exin-  
de de omnibus superius cōscriptis,  
facere volueritis, liberam in omni-  
bus habeatis potestatem. Si quis ve-  
ro quod futurum esse non credi-  
mus, aliquis de heredibus, vel pro  
heredibus meis, vel quælibet perso-  
na, contra hanc Epistolam venire  
tentauerit, aut eam infringere vo-  
luerit, inferat vobis tan. & quod re-  
petit nullatenus vindicare valeat,  
sed præsens epistola omni tempore  
firma permaneat, cum stipulatione  
subnexa. Actum illo, &c.

XI. *CHARTA QUI SVO NE-  
pote aliquid meliorare voluerit.*

**D**vlcissimo nepoti meo illi il-  
le. Dum & iã senectus adgra-  
uat, & necessitates meas, vt oportet  
procurare non valeam, & tu mihi

in necessitatibus meis solatium præbere non desisti, & die noctuq; deservire non cessas. Ideo pro bonitate, & pro respectu servitutis tuæ, qua circa me desudas, cedo tibi cessumque in perpetuum esse volo, & de meo iure in tuâ transfundo dominationem & potestatem, absque consortio fratrum tuorum, vel filiis meis locum nuncupantē illū, quicquid ibidem nunc tam de alode parentum, quàm de reliquo adtractu, visus sum tenuisse, vna cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, vel reliquis quibuscumque beneficiis, tibi vt diximus à die præsentē volo esse concessum. Ita vt ab hac die, sicut superius diximus, eum cū omni integritate sua habeas, teneas, possideas, vel quicquid exinde facere volueris, absque consortio

126 MARCVLFI MONACHI  
fratrum tuorum, vel filiorum meo-  
rum, liberam in omnibus habeas  
potestatem. Si quis vero, quod futu-  
rum esse non credo, aliquis de here-  
dibus, vel proheredibus meis, seu  
quælibet persona, contra hanc ces-  
sionem meam quoque tempore ve-  
nire, aut eam infringere voluerit, in-  
ferat tibi cum cogente fisco auri-  
tantum, & quod repetit vindicare  
non valeat; sed præsens epistola fir-  
ma permaneat stipulatione subne-  
xa. Actum, &c.

XII. *VT FILIA CVM FRA-  
tribus in paterna succedat a lode.*

**D**Vlcissimæ filiæ meæ illi, ille.  
Diuturna, sed impia, inter nos  
consuetudo tenetur, vt de terra pa-  
terna sorores cum fratribus portio-  
nem non habeant, sed ego perpen-  
dens hanc impietatem, sicut mihi à  
Domino æqualiter donati estis filij,